in Tyberim jactari fecit, et omnes per ipsum ordinatos deordinavit, cujus
corpus a piscatoribus inventus, et in basilica beati Petri positus, et ibi
a multis sanctorum ymaginibus salutatus, quod palam factum fuit.

Anastasius. Lando. Johannes. Leo. Stephanus. Johannes. Leo. Stephanus.
Martinus. Agapitus.

Johannes. Hic fuit venator et publicus fornicator, propter quod imperatori
accusatus est et depositus; sed antequam deponeretur uni cardinali nasum
abscidit, et alteri manum amputavit, quia litteras imperatori contra ip-
sum miserant, scilicet Ottoni.

Benedictus. Leo. Johannes. Benedictus. Donus. Bonifatius. Benedictus.
Johannes. Johannes. Gregorius.

Silvester. Iste fuerat monachus sed apostatavit et homagium dya-
bolo fecit; inde omnia ad votum quicquid desideravit accepit, et cum papa esset
petivit a domino suo dyabolo, quamdiu viveret. Respondit quamdiu in Jeru-
salem non celebraret. Unde gavisus fuit, sed in anno quinto sue ordinati-
onis cum venisset incaute ad ecclesiam in Later. que dicitur Jerusa-
lem sensit demones cum magno strepitu et sic mortem propinquam
spiravit conspiravit, et sic de misericordia Dei non desperavit, sed peccatum
suum omnibus revelavit ibidem, et manus suas precidi fecit, et omnia
membra sua truncari fecit et sic expiravit, et in Later. sepelitur in
tumba que adhuc sudat in presagium cujuslibet pape morituri.

Johannes. Johannes. Sergius. Benedictus. Johannes. Benedictus.
Silvester. Gregorius. Clemens. Damasus. Leo. Victor. Stephanus.
Benedictus. Nicolaus.

Alexander. Hujus tempore Megtildis comitissa optulit suum pa-
trimonium beato Petro quod ecclesia Romana adhuc possidet.

Gregorius. Victor. Urbanus. Paschalis. Gelasius. Calixtus. Honorius.
Innocentius. Celestinus. Lucius. Eugenius. Anastasius. Adrianus.
Alexander

Lucius. Hujus tempore floruit Petrus Comestor qui scolasticam hy-
storiam compilavit.

Urbanus. Gregorius. Clemens. Celestinus. Innocentius. Honorius

Gregorius. Iste cum imperator Fredericus Romam obsedisset et
multos Romanos pecunia corrupisset et iam Romam intrare debuisset
accepta capita apostolorum et fecit processionem a Latrano usque
ad sanctum Petrum, et per hoc corda Romanorum ad se convertit, et
contra imperatorem cruce signavit multos; quo audito Fed. imperator
stupefactus fuit. Iste idem sanctam Elysabeth canonizavit

Celestinus

Innocentius IIII^us. Iste imperatorem Fredericum excommunicatum de-
posuit

Alexander IIII^us

Urbanus IIII^us. Iste Karolum regem Sicilie fecit.